



Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Cap. II. Finis Reipublicæ est illius beatitudo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

POLITICORVM

LIBER SECVNDVS.

DE RELIGIONE IN REPVBLICA TENENDA.

CAPVT I.

Connexio & ordo duorum sequentium librorum.

S. 1.



E causa principe Reipublice Deo, à quo est omnis potestas, & in quem desinit, deque hominibus è quibus corpus illud politicū, quasi membris suis concinnatur, & mouetur, agitque; atque adeo multiplici eius forma

primo libro tractauimus: nunc de causa, quæ prima in mente agentis, vltima est in operis executione, instituendus est sermo; de fine nempe Reipublicæ. Ille cum in actione virtutis, & honesti meditatione consistat, de virtutibus magistratuum, & subditorum in posterum dicendum: Cum vero omnium virtutum fundamentum sit, *Vera in Dei fides*, de illa præcipue libro secundo, de cæteris libro tertio tractabo. Quamquam vero ad singulos potius, quam Rempublicam doctrina illa pertinere videri posset, memor tamen institui mei, ad magistratus formandos, subditosque qua ciues, & membra sunt magni corporis, omnia præcepta virtutum accommodabo; vt omnibus plane constet, quibus rebus imperiorum maiestas creuerit, quibus afflictæ, & in exitum data sit.

CAPVT II.

Finis Reipublicæ est illius beatitudo.

S. 1.

BEATITUDO singulorum hominum, atque vniuersæ Reipublicæ finis est. Hanc omnes expetunt, in hac omnia sunt, quæ felicem faciunt. Esse multi possunt, qui non querant esse diuites, reges, fortes; nemo est, qui velit esse miser, nolit esse felix. Hanc veteres deam crediderunt, verum sero, nam Lucullus primus ædem illi constituit. Sed felix esse nemo potest, qui pro Deo dona Dei colit.

S. 2. Beati ergo esse omnes expetunt, sed qua in re beatitudo est? Si enim in opibus, voluptatibus, indolentia, honoribus, ad ea bona est instituenda reipublica, si in virtute ad hanc exercendi sunt animi hominum. Hac igitur sententia stare, aut cadere rempublicam oportet. Tò 71. enim scopus, cynosura, norma est, qua omnes publicæ, priuataeque rationes diriguntur. Quid est in vita tantopere querendum,

quam quis sit finis? quod extremum, quod vltimum, quo sint omnia bene viuendi, recteque faciendi consilia referenda. Seneca ep. 71. Quoties quid fugiendum sit, aut quid petendum, vult scire: Ad summum bonum, & propositum totius vitæ respice. Illi enim consentire debet, quicquid agimus, non disponet singula, nisi cui iam vitæ suæ summa proposita est.

Nemo, quamuis paratos habeat colores, similitudinem reddet, nisi iam constet, quid velit pingere. Ideo peccamus, quia de De summa partibus vitæ omnes deliberamus, de tota nemo. Scire debet, Reipublica quid petat ille, qui sagittam vult mittere, & tunc dirigere primo delibendum, & moderari manu telum.

Hæc cum in vita priuata vim maximam habeant, in republica tanto maiorem, quanto grauior est magnorum corporum lapsus. Si enim Epicureus, aut Aristippeus quispiam finem ponat ciuitati, omnes in voluptates dissoluentur, Sicyonios, Sibaritas, Babylonios præstabunt. Omne honestum, ac denique ipsam Rempublicam euertent.

Nunc quidem veterum philosophorum persequi sententias importunum est. Quis enim nunc ita acrius Epicuri in voluptate, in diuitiis summum bonum collocaet, quamuis ita viuatur, vt præter pastum, libidinemque nihil agnoscere boni videatur?

Hæc philosophis in sua phronitisteria remitto. Politicum nego vllum esse posse, nullum bonum ciuem esse affirmo, qui ad suam vtilitatem, voluptatemque omnia referat. Ies non tuebitur, innocentem supplicio non eximet, fame pereunti cibum non porriget, multo minus arma induet, in arenam non descendet nisi voluptatis gratia; omnem societatem humani generis, ciuilemque communionem ea ferietas, & bruta stultitia tollent è medio.

S. 3. Humanior est, & quodam modo astutior aliorum ratio, qui magnam felicitatis partem esse putant imperare adeoque imperium sui causa esse. Dionysius sane Corinthi ferulam sceptro substituit, & ne non imperaret, regnum Scholasticum ambiuit, neque alia mens Cæsaris, qui in Alpino oppidulo primus, quam Romæ secundus esse maluit. Sed nec ille est error tolerabilis, recte D. Augustin. lib. 5. de ciuit. c. 24. Neque enim nos Christianos quosdam imperatores ideo felices dicimus, quia vel diutius imperarunt, vel imperantes filios morte placida reliquerunt, vel hostes Reipublicæ domuerunt, vel inimicos ciues aduersus se insurgentes, & cauere, & opprimere potuerunt. Hæc enim & alia vitæ huius arumosa, vel munera, vel solatia, quidam etiam cultores demonum accipere meruerunt, qui non pertinent ad regnum Dei, quo pertinent isti. Et hoc ipsius misericordia factum est, ne ab illo ista, qui in eum crederent, vel Rex non reuelat summa bona desiderarent. Sed felices eos dicimus, si gnosced viriuste imperant, si inter linguas sublimiter honorantium, & tute beatus obsequia nimis humiliter saluantium, non extolluntur, sed est. se homines esse meminerunt.

S. 4. Si rem quoque humana ratione expendamus, facile occurrit: Non esse regnum, posse imperare, sed officium. Neque enim principatus sui causa est, neque princeps libi finis est, sed vtriusque supremum bonum est, salus est, tutela populi. Nemo prudens senserit, Tot vrbium, populorumque millia, quæ Hispaniarum regi parent, lex esto, propter ipsum esse, sed propter populos regem esse,

F 2

& re-

& regis officium esse omnium saluti prospicere, omnium malis mederi.

Regnū seru-
ritus.

Cum itaque seruitus non sui, sed domini causa sit, regnum autem seruitus sit, non est sui causa: ut prudentissime filio insolentius, & ferocius se gerenti Antigonus dixit: Scito fili regnum nostrum splendendam esse seruitutem. Regia etiam vox Sopatris ad Hemetrium fratrem apud Stob. ferm. 44. Vide ut imperio dignus sis, non Reipublica statu, sed virtutis, atque studij erga subditos excellentia: quos vero ante non agnoscebas, nec pertinere ad te quicquam arbitraberis amplius, quam quibus homo ob communem omnium naturam, princeps factus reuereri debes, ut iam notos, & familiares.

Subditos
rex ut sa-
miliares re-
ueretur.

Utinam omnes reges imitati hominum mitissimum in terris Mosen, suos amarent. Num. 11. 11. Et ait ad dominum: Cur afflixisti seruum tuum, quare non inuenio gratiam coram te? & cur imposuisti pondus vniuersi populi huius super me? Nunquid ego concepi omnem hanc multitudinem, vel genui eam, ut dicas mihi: Porta eos in sinu tuo, sicut portare solet nutrix infantem, & defer in terram pro qua iurasti patribus eorum. Moses à Deo princeps constitutus pondere populi premitur, & quam vastum esse clementiæ principalis finem oporteat, Deus ostendit. Porta eam, inquit Deus, porta sicut nutrix, sollicite, molliter, mihi parenti redditur rationem. Ad eum sensum recte dixit & alius. Rex bonus est seruus publicus. Et Antoninus Philosophus regiam adoptionem tristis excepit, non ignarus quot curas, periculaque vna fascia colligaret. Felicitas itaque in regno non est, nisi opinione, quæ cum fallat, tollit omnem felicitatem, error enim miseros facit. Si etiam credimus expertis, ne optandum quidem magistratum esse comperimus. Magnam

Princeps nō
est, quem
cura populi
non premit.

Expertis po-
tentia mag-
nam raro
descendunt.

potentiam ambit in expertis, odit expertus, solebat Pompeius dicere; sed nūi sero eam odisset, tam miserando interitu ipsi, & filii eius, triumphatis gentibus, non parentallent. Themistocli vix crederem, nisi summo ingenio præditus, suam ipse ambitionem damnare potuisset. Malle se ad sepulchrum, quam ad tribunal ire iactabat, (Ælian. lib. 6.) Magna utique seruitus, sed quia splendida, & honorata, diligitur; præcipue quia in vita priuata contumeliæ timentur.

§. 5. Tam magnus ergo labor, curaque non est beati, sed negotiosi. Seleucus dicere solebat: Si sciret vulgus, quam laboriosum sit, legere, ac scribere tot solum epistolas, diadema ne humo quidem tollere dignaretur. Pulchrum est fateor admittere in animum totius Reipublicæ curam, & populi fata suscipere, oblitumque quodammodo sui, gentibus viuere. Accipere innumerabiles vndique nuncios, totidemque mandata dimittere, de tot urbibus, nationibus, & prouinciis cogitare: Noctes dieque omnes perpeti sollicitudines, pro salute omnium cogitare. Pulchrum hoc est, beatum non est. Beatitudo enim non est laboriosa, non est anxiosa, non erogat se alienis commodis, sed quicquid agit, sine vlla molestia perficit. Cladis hoc solatium habuit Antiochus, quod victus à Romanis, & iussus intra Taurum regnare, grandi se cura liberatum professus est, quod modicis regni finibus inclusus esset. Henricus septimus Frederici secundi filius rebus assidue incumberebat, & cibi sumendi sero recordabatur, monitus ut vires & valetudinem cordi haberet. Respondit. Priuato quidem homini omne tempus cibi esse, cum id lubet, aut soler: ac regi si nomen suum non abdicat, id solum, quo vacat. Expertus id est Alphonfus Aragoniæ rex; nam cum in cœna quidam importunius instaret: Afinos regibus beatiores esse

Pulchra est
functio ma-
gistratū,
beata ne-
quaquam.

Qui regnū
minuit, la-
borem le-
uat.

Digna ma-
gno rege
vox.

Aut populis
consule, aut
mibi vero senex iste cenanti imponit.

Testatus est feruū se Tiberius, ficta mente, sed voce bonis regi-
bus amulanda. Dixi, & nunc sepe, & alias P. C. bā-
num, & salutarem principem, quem vos tanta, & tam libera potestate instruxistis, senatui seruire debere, & vniuersis ciuibus, sepe ac plerumque etiam singulis, neque id me dixisse penitet. Dixit Tiberius, non ita fecit; Carolus quintus & dixit, & verbis pondus addidit; facto enim ostendit quid esset regnum, tot enim regnorum dominus, quot alii vix urbium, priuatus voluit mori, cumque in Philippum filium Belgicæ prouincias transferret, O fili, inquit, magnum tibi onus impono. Ego enim toto tempore principatus mei, nunquam quadrantem hora magni curis, & anxietatibus vacuum habui.

Magni ani-
mi est regnū
deponere.

Princeps se
comem ex-
hibeat, po-
pulis im-
pendat.

Mala im-
perij.

Princeps
impus in
Biorhanatum se futurum. Parauerat igitur funes, blatta mala man-
& serico, & cocco intortos, quibus, si necesse esset, laqueo sione est.

Princeps
malus vō
quam ipse gladiator insanit. Securus certe non est; periturus
Cum tamen prima felicitatis portio sit boni secu- semper cœ-
ritas. Si nouit instantia pericula, anxiosus est; siigno- nat in pu-
rat, stolidus; nusquam beatus. Sapientem igitur re- blico.

§. 2. Graues sunt illæ, & molestæ occupationes, quia tamen imperandi dulcedine, & maximi honoris delinimento miscentur, à leuibus amantur, à grauius tolerantur, ideoque minus officere felicitati putantur. At vero si pericula, & mala aspiciant, miserrimos se esse fatebuntur, id vero malis euenire principibus consuevit, nam quia Reipublicæ curam deponunt, timore premuntur, quin & bonum principem ut perpetuus labor, ita malum peius labore, metus exercet. Audite oraculum viri sapientis, imperium fugientis, (Vopis. in Proculo) Nescitis amici, quid mali sit imperare. Gladij & tela nostris ceruicibus impendent, imminet hasta vndique, vndique spicula, ipsi custodes timentur, ipsi comites formidantur: non cibis pro voluptate, non iter pro auctoritate, non bella pro iudicio, non arma pro studio. Adde quod omnis etas in imperio reprehenditur. Senex est quispiam, inhabilis videtur: sin minus, inest furor. nam quod Imperatorem me cupitis, in necessitatem mortis me trahitis. Sed habeo solatium mortis, solus perire non potero.

§. 3. Quas furias, quæ tormenta Heliogabali a-nimum lancinasse credemus. Alius Læmp. ita de Princeps illo scribit. Et prædictum eidem erat à sacerdotibus Syris, impius in Biorhanatum se futurum. Parauerat igitur funes, blatta mala man- & serico, & cocco intortos, quibus, si necesse esset, laqueo sione est. vitam finiret. Parauerat & gladios aureos quibus se occideret, si aliqua vis virgeret. Parauerat & in ceruicibus, & hyacinthis, & in smaragdis venena, quibus se interimeret, si quid grauius immineret. Fecerat & altissimam turrim, substratis aureis gemmatisque ante tabulis, ex qua se precipitaret, dicens, etiam mortem suam pretiosam esse debere, & ad speciem luxurie, ut diceretur nemo sic perisse. Sed nihil ista valuerunt. Nam (ut diximus) & occisus est per scurras, & per plateas tractus est sordidissime. Hic finis Antoninorum nomini in republica fuit, scientibus cunctis istum Antoninum tam vitæ falsum fuisse, quam nomine.

Hunc si quis vel in rosa, vel aromaticis piscinis videns nanantem, putat beatum fuisse, non minus, malus vō quam ipse gladiator insanit. Securus certe non est; periturus Cum tamen prima felicitatis portio sit boni securi- ritas. Si nouit instantia pericula, anxiosus est; siigno- nat in pu-
rat, stolidus; nusquam beatus. Sapientem igitur re- blico.

§. 4. Quæ igitur est felicitas reipublicæ, finis, & quod aiunt, summum bonum? Respondeo. Reipublicæ finem esse, summum bonum, pu- blicum

Finis Reipublica.

Iustitia pri-
maria pars
felicitatis
publica.

Iudiciū ex
priuata vi-
ta in Rem-
publicam
transfertur.

Felicitas ci-
uitatis im-
perfecta.

Felicitas si-
ne externis
bonis in Re-
publica esse
vix potest.

Felicitas
terrena ad-
tendit, &
vberiore
supernā di-
rigi debet.

blicum bonum, Vniuersorum, & singulorum bea-
titudinem, civilem, humanam, in virtutis actio-
nibus, consistentem; etiam diuinam, ad quam hu-
mana tendit; & sine qua humana vix obtinetur;
his adiungo ordinem externum, pacem, aut præ-
sidia belli, abundantiam opum, effluentiam com-
meatus. Cum singuli sibi non sufficiant, in vnum
conspirant, vt honeste, pacate, facile, & copiose
viuant. Non aliter nobis bonum publicum Aristo-
teles describit. *Ἔστι δὲ πολιτικὸν ἀγαθὸν τὸ δίκαιον. Τὸ
δὲ ἐστὶ τὸ κοινὸν συμφέρον. Bonum civile est ius, seu iustum,
hoc enim omnibus conueniens est.* Intelligenda vt illa
verba de insigni parte felicitatis; nam fere vbi iusta
est administratio, reipublica maxime floret. Alio-
qui idem Aristoteles lib. 7. politicor. cap. 2. Ean-
dem hominis vniuersiusque, & ciuitatis beatitudi-
nem esse affirmat. Verba eius sunt. *Vtrum autem
beatitudo sit eadem dicenda vniuersiusque hominis, atque
ciuitatis, nec ne, reliquum est vt explicemus. At etiam hoc
in promptu est. Omnes enim eandem esse vno ore concesserunt.*
Nam quicunque in diuitiis bene viuere de vno homi-
ne ponunt, hi etiam ciuitatem, si sit locuples & copiosa,
beatam predicant, & quicunque vitam tyrannicam cete-
ris omnibus anteponunt, hi etiam ciuitatem plurimis impe-
rantem, beatissimam pronuntiant: & si quis vnum ali-
quem virtutis nomine maxime admiratur & probat, hic
& ciuitatem, quo erit virtute ornatior, eo dixerit esse bea-
torem. Sed hac iam sunt duo, quæ considerationis indi-
gent: vnum vtra vita sit magis expetenda, ea quæ in com-
munionem reipubl. administrationis & ciuitatis traducatur,
an potius peregrini propria & à civili societate segregata ac
soluta: alterum, quæ reipubl. administranda forma, & quæ
ciuitatis affectio, siue ordinatio, siue (vt ita dicam) dispo-
sicio, optima sit locanda, siue omnibus optabile sit & expe-
rendum, in civili societate versari: siue aliquibus quidem
minime, sed plerisque etiam.

Et cap. 3. *ἡ δαμονία αἰετὶς*, felicitatem esse
actionem, concluditque tandem, eandem vitam o-
ptimam esse finem singulatim vnicuique homini, &
toti reipublicæ.

§. 5. Duo tamen hic obseruanda propono. Pri-
mum est, Felicitatem quam definimus, admodum
esse imperfectam, vix nomine felicitatis indigitan-
dam; nam & inconstans, & insincera, multorum
malorum interuentu ac missione est contaminata;
via potius ad veram felicitatem, felix tamen & ille
dicitur, qui in via est felicitatis, ita quoque Pro-
pheta regius pronuntiat. *Beatus vir qui non abiit
in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in
cathedra pestilentia non sedit, sed in lege Domini voluntas
eius.* Ea tamen felicitas in bonis voluptatum, opum,
& honorum non est, quæ à bono mentem auocant,
non ad finem deducunt.

Secundum monitum est. Inchoatæ felicitati, seu
actionibus virtutum iungere me pacem, opes, mu-
nitiones, dignitatem; non quasi sine his felices esse
non possint. Certe pauperes, afflicti, martyres, ho-
rum contemptu, atque amissione feliciores fuerunt.
Sed quia hæc in Republica quantuntur; bene &
cum virtute seruantur; nam paucorum est illa for-
tutudo, vt lubentes volentes sustinere calamitates
possint. Omnium igitur incolumitati studendum
est. Quamuis autem Stoici integritatem membro-
rum, sanitatem, robur, honorem, opes, bona esse
negent, sancti tamen patres, etiam ista inter bona
Dei dona, quæ & petere, & pro quibus gratias a-
gere oporteat, recensent. Nam his ad veram bea-
titudinem præsidia vti licet, & cum absunt, ista
sæpe ob inopiam in scelera miseri præcipitantur.

Hic igitur finis Politicus est, sed vterius tamen
tendit, & vberiore felicitatem vestigat, cœle-
stem nempe. Ad hoc enim instituta est terrena ci-
uitas.

uitas à Deo, vt Quirites suos cœlesti ciuitati tran-
scribat. Hinc fit, vt separari non debeat terrena
Respublica ab Ecclesia, sed oporteat summam esse
vtriusque coniunctionem. Neque naturale bonum
quisquam obtinebit, & virtutes morales, sine diui-
nioris gratiæ adiutorio.

Nemo id fieri doceat, non est hæc factum;
omnia plena vitiis, & sceleribus fuere, vbi gratia
Dei agnita non fuit. Docet Christiana nos religio
sine speciali diuinæ bonitatis affluxu, nec ad per-
fectas virtutes, etiam humanas, & morales perue-
niri, nec diu peccata cuitari. Ipse Aristoteles lib. 1.
Ethicor. cap. 9. & lib. vlt. cap. vlt. *Virtutes assequi
diuinum munus esse docuit.* Sed ea de re deinde suo
loco agemus. Nunc hoc statuamus cum Aristotele
lib. 7. politicor. cap. 18. *Ἐδαιμονία ἐστὶ ἐνέργεια,
καὶ ζῆλον ἀρετῆς παλαιοῦ.* Felicitatem esse actionem,
& vium virtutis perfectum: Additis illis adiuven-
tis, quæ virtuti publice conducunt.

Opus gra-
tia Dei, et-
iam ad per-
fectionem
virtutum
moralium.

CAPVT III.

In Republica virtutem necessario colen- dam esse.

§. 1. **V**IRTUTEM è Republica nemo conetur
tollere; res ardua est, angustus ad eum
trames ducit, duce opus habet animoso, & docto-
re, vitia sine magistro discuntur, & pronos in de-
cliuem trahunt. Virtutem vt summum Reipublicæ
thesaurum Regibus, optimatibus, populoque com-
mendo. Virtus regna, vrbes, prouincias, tempe-
rat, fert leges, colit amicitias, inter propinquos,
liberosque dispensat officia. Virtutem sectentur
principes, populusque; Sed præcipue princeps;
cuius virtus tria habet insignia, nam & plurimis
prodest; & conspectissima est, & exemplo, non
facto duntaxat, reipublicam instruit, conseruat,
corrigit.

Virtus ar-
dua est, &
facile tolli-
tur.

Prodesse plurimum nemo ignorat, cum legamus
magna vitia cum summa potentia orbem perdidisse,
vnius boni principis virtute cunctos esse recreatos,
Quod enim sunt diluvia, incendia, fames, & pe-
stilentia, hoc sunt magistratus improbi, vtque tem-
pestates & publicum latrocinium ferre coguntur
prouinciæ, ita damna malorum principum: quod
autem est fertilitas terræ, quod mari ventus secun-
dus, quod sol mundo, hoc præstat Reipublicæ
princeps virtute præditus. Qui ita secum loquitur.
*Ego ex omnibus mortalibus placui, electusque sum, qui deo-
rum (Dei) interris officio fungerer: ego vite, necisque gen-
tibus arbiter: qualem quisque statum, sortemque habeat in
mea positum est manu, hoc igitur agam, ne cuiquam no-
ceam, prosum omnibus.* Res sacra est patria, nocere illi
sacrilegium est, sed patriæ nocet, qui singulos offen-
dit, qui autem est in patria cum potestate, nisi sin-
gulos adiuvat, potestate non recte vitur.

Ex moribus
magistra-
tus fortuna
fere populi
pendet.

§. 2. Verum præcipuum principum decus est in
exemplo. Fidelissimum præcipiendi genus est, ex-
emplis docere; Exemplo enim monitatur virtus,
non suadet. Heliotropion, & alia nonnulla her-
bæ ad motum solis perpetua conuersione flectun-
tur, & populus in principum ac optimatum mores
intentus exemplo trahitur; Sed validus, cum à vir-
tute receditur; quia illecebræ à tanta auctoritate
venientes pudorem secum non adferunt, sed ha-
bentibus abstergunt. Vere dixit Nazianzenus: *Sub-
ditos facilius præceptorum vitia, quam virtutes imitari.*
Itaque & illud verum est; Plus exemplo nocere
principes, quam peccato. Solent enim esse castra

Magna vis
exempli in
principe,
sed effica-
cior ad ma-
la.